

IVSTI LIPSI
PHYSIOL OGIAE
STOICORVM
LIBRI TRES:

L. ANNÆO SENECAE, aliisque
scriptoribus illustrandis.

Editio secunda, & ab ultimâ Auctoris manu.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Ioannem Moretum.

M. DC. X

Cum Privilegiis Cesareo & duorum Regum.

AD ILL^{MV} ET EXCELL^{MV}
PRINCIPEM
D. PETRVM ENRIQUEZ
COMITEM FONTANVM,
GVBERNATOREM DVCATVS
MEDIOLANENSIS.



vod iamdiu destino, &
debeo facere, vt publicè
monumentum aliquod
gratitudinis meæ in te ex-
stet, id nunc, cum bono
Deo, efficiendi occasio nata videbatur.
Edebam ista ad ANNÆI SENECÆ
lucem : scriptoris, qui Hispaniam ve-
stram ingenio , si quisquam veterum,
& salutaribus scriptis illustrauit : ac vi-
debar iure ad Hispanum item Princi-
pem iturus. præsertim eum , qui virtu-
tem & generosum illud Honestum a-
maret: quod Seneca scriptis suis vnicè

I. L I P S I
PHYSIOL OGIAE
STOICORVM
LIBRI PRIMI

D I S S E R T A T I O N E P R I M A .

Aditus in sermonem. aliquid de ordine in docendâ Philosophia, iuxta Stoicos. Placere quibusdam, & nobis, à Physicis ordiri.

MANVDUCTIO tua nuper me AD STOICAM PHILOSOPHIAM duxit: nondum in ipsam, & in aditu ac vestibulo video hæcere. Lustro animi oculis sublime, pulchrum, ædificium: ecquid inducis, & interiora illa das usurpare? LIPS. Pæne æquum petis: in viâ posui, & iure perducam. Sed & otium nunc ac feriae: quas vbi inclius utiliusque, quam in hoc studio ac meditatione, tecum ponam? Aristotelem memini scribetc: *Ἄνθρακας οὐδὲ καπνίας δέσις* VII. Polit. *τοῦτο τὸν αὐλαῖον, τούτον πάτερ, δὲ τοῦτο τὸν γόλων: Fortitudine & tolerantia* cap. xv. *in negotio opus esse, Philosophia in otio. Pulcherrimum. vbi res & opus, exserenda sunt quæ Philosophia docuit, & robur animi ostendendum: vbi quietes & cessatio, illa usurpanda, & præceptis eius patandi atque instruendi velut ad aciem sumus. Sed tu ecquid vacuus, & auidus? AVD. Vacuus? vasculum vides inane, & optimi liquoris tamen capax. Auidus? vix soinnus mihi quietus, ita turbat hoc desiderium & cupido. Gratificare, exple, & siste. LIPS. Sede, & sedabo hanc sitim: pro mea quidem copia, & captu. Nam ardua, sed ita me Deus, pulchra, splendida, augusta aggredimur: quæ autem? cum Lucretio,*

*Iam tibi de summa CAELI RATIONE, DEVUM QVE
Differere incipiam, & RERVM PRIMORDIA pandam.
Hæc enim Philosophia, & præsertim Physiologia, promittit.*

A Scis

**ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
APVD IOANNEM MORETVM.**

M. DC. X.

Leiden
1610

